



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 70. Emendationis articuli in Congregationibus examinati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.  
A. C. 1562. monettam excufans reponebat, quod is haud immerito eam agendi rationem cum hisce Præfulibus tenuiffet, cum illorum opera indigeret ad retundendam in cœtibus quorundam Episcoporum audaciam.

## §. LXX.

*Emendationis articuli in Congregationibus examinati.*

*Pallav. l. 17.*  
*c. 9. n. 1.* Porro in Congregationibus, in quibus reformationis articuli examinabantur, præcipue proponebatur caput de Sacerdotum numero: quorundam enim Patrum sententia eo abibat, ut eorum numerus ad illos duntaxat coartaretur, qui Ecclesiasticis proventibus provisi cujusdam Ecclesiæ Ministerio deputati sunt: Ita sentiebat Ægidius Foscararius Mutinensis Episcopus, qui hanc in rem Chalcedonensis Concilii Canonem juxta textum Græcum allegabat,

---

aut ad deridenda, aut ad mordenda illorum nomina aperto, audeat confidenter aliorum facetias reprehendere, simulque eorundem patrias lædere, Bononiam, Neapolim, Venetias, hoc est Italiæ, & orbis civitates in primis egregias. Alterum, quod scribens idem res Tridenti gestas, quæ in famæ luce supersunt, narret tanquam frequenter accidens id, quod ne semel quidem contigit.



bat, quamvis latina versio aliud indicare videatur: insuper hic idem addidit, quod Sacerdotes, qui cuidam Ecclesiae non essent adscripti, equis freno solutis haud absimiles forent: Verum Regni Neapolitani, Dalmatiae, & Graeciae Antistites respondebant, quod redditus, qui patriae suae Parochiis essent annexi, potissima ex parte adeo tenues essent, ut vix ad unius Sacerdotis sustentationem sufficerent, nisi saltem plura uniantur beneficia: unde si tot tantum Sacerdotes, quot illis proventibus ali possent, illic existerent, rudes earum nationum populi nimium silvescerent ex Pastorum penuria, & paulatim Dei notitia vix in ipsis deprehenderetur: Igitur cum hae rationes aequae viderentur, sanctum est, ut id, cum universalis lex hac in re praescribi non posset, Episcoporum iudicio committeretur, qui ad titulum patrimonii eos duntaxat sacris initiarent, quos Ecclesiis suis necessarios, utilesve censuissent.

§. LXXI.

*Examen articuli de Ordinibus gratis conferendis.*

Sequens articulus de Ordinibus gratis conferendis agebat, hancque in rem *Pallav. n. 7. 8. & 9.*  
 Albertus Duimius Vegliensis Episcopus ita perorabat: „Caput circa hanc quæ-

K 3

„stio-

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1562.